

vt ecce ff. de leg. ista titulus continuatur ad titulum de origine iur. ergo per hoc sequitur, quòd non possit dari alius titulus, quàm istæ de origine ad quem possit continuari titulus de legat. Certè sic, vt ad titulum de iusti. & iur. de veteri iure enuc. & simil. Nec est verum quòd istæ continuationes sint inutiles, quia hoc est falsum, quia magna utilitas resulat scilicet bonus ordo, ex bono ordine, facilis intellectus, vt tradit Cagnolus in rubrica. ff. de regulis iuris. Bal. in prin. libri Digestorum. Item probatur quia imperator posuit, vt infra demonstrabitur, quæ si fuissent inutiles ab eo fuissent neglectæ. d. §. cumque hoc Deo supra in prohemio nostri libri. Nam expressè demonstrabo in opinione, quam firmabo, quòd Imperator mandauit fieri continuationes. \* Iason. Ita credendum est, fuisse factum adeo, quòd inutilis fuit hæc tam longa nostra disceptatio, vt dicebat Andre. Barbar. in capit. testimonium extra de testibus. Sed ad hoc por-<sup>277</sup> fit responderi, quòd certè credendum est ita factum fuisse, sicut ipse mandauit, <sup>278</sup> tamen, sunt inuestiganda cõtinuationes, vt cognoscamus ordinem ab imperatore pollicitum, fuisse seruatum iuxta doctrinam gloss. in ca. j. de fratribus de nõ. bene inuest. vbi inquit, <sup>279</sup> studiosos debere esse sollicitos ad indagandum, ne leniri efficiantur, vt tradit Salicetus, in l. si ex cautione. C. de non numerata pecun. imò fortius dico, quòd. si acquiescere deberemus verbis tex. sequeretur, quòd nullius contrarij solutionem quæremus cum imperator in §. quibus. j. constitutione C. dicat nullum contrarij esse in iure, <sup>280</sup> t quòd quàm ridiculum sit nulli non patet, vt vtar verbis iurecõsulti. \* Beninca. hoc puto falsissimum, quia nõ potest reperire in iure contrarium, alias notaremus imperator in tot locis, in quibus dixit nullum contrarij in iure reperiri de mendacio, sed credo Iason. voluisse dicere multa in iure videri contraria, quæ tamen non sunt, quæ si non declarantur, certè contraria iudicarentur, & ex declarationibus, contrariorum solutionibus, veritas aperitur, vt erudit Bald. in l. præcibus. C. de impuberj. & alijs substitutionibus, sed his ommissis, quid dicemus de his continuationibus, <sup>281</sup> t in quibus tot electiones fecimus, iam esset tempus expedire, & puto in effectu communem opinionem esse verissimam, & amplectendam, scilicet esse concatenandos continuandosque titulos, per textum in d. l. ij. ff. de stat. hominum vbi iureconsultus pollicetur se dicturj, atque explicaturum proximos, & coniunctos titulos, sequèdo ordinationem perpetui edicti. <sup>282</sup> t Ordinatio perpetui edicti erat ista, vt tradit Alciatus, in libro secundo. ca. 27. disputationum Cagnolus, in rubric. ff. de regulis iuris, nam Saluius Iulianus omnia edicta in vnum collegit, & omnia sub congruis titulis collocauit, eosque titulos simul continuauit, & de hac ordinatione testatur imperator, in l. si quis seruus. C. de conditio. indebit. vbi dicit, & huius sententiæ sublimissimum testè adducit. Saluium Iulianum summæ auctoritatis hominem, & prætoriani edicti ordinatorem, ecce igitur, quòd iureconsultus, qui dicit se velle imitari. dictam ordinationem intelligitur, quòd secundum eam titulorum faciat continuationem. <sup>283</sup> t Non obstat, quòd imperator in l. secunda §. quartus de veter. iur. enuc. dicat se recessisse ab ea ordinatione quia in primis respõdetur secundj aliquos quòd

imperator ibi non loquitur de continuatione titulorum, sed de illa septennaria diuisione, nam diuidit ibi totum corpus iuris Digestorum in septem partes & in ea recedit ab hac ordinatione <sup>284</sup> ne. <sup>285</sup> t Vel melius respondeas, quòd imperator non intellexit de ordinatione Saluiana, sed de alia, quæ erat ante illam, quæ vt diximus supra ante Iulianum aderanit ista edicta malè ordinata, & hac ratione imperator dicit in vetustioris edicti ordinatione, & c. vt det intelligere se non loqui de illa ordinatione Iuliana, quia non poterat dici vetustior, cum post eam nulla vetusta fuerit argumento leg. vbi autem non apparet in principio ff. de verborum obligationibus & dato quòd intelligeret de ordinatione Saluiana, non dicit se ab ea velle recedere in totum, sed tantum in eo capite, & hac de causa videmus, quòd imperator in dicta l. prima. §. cumque hæc materia. C. de veter. iur. enuc. expressè dicit se velle facere continuationes, ordinationesque secundum ordinem edicti perpetui, & sic expressè non recedit, sed approbat, & deinde subdit quòd faciet secundum ordinationem suæ constitutionis, considerato eo quòd accidit in d. §. quartus, \* Iason <sup>286</sup> t Limitatur hæc communis opinio vt nõ habeat locum in principi. libri, vt est Gl. vulgaris in rub. ff. de condit. furt. cum similibus. \* Oze. circa hæc limitationem cõsidero. quòd gloss. in qua Doct. <sup>287</sup> se fundant aperte hoc non aperit, & nullam l. allegat, vnde erubescimus sine lege loqui. l. illam C. de collatio. & tanquam l. non allegans, non est <sup>288</sup> tenenda. <sup>289</sup> t \* Beninc. vt tradit Bal. in l. republica. C. ex quibus causi maio. Hyppolitus de marsi. singulari 243, satis notum cum similib. Itè prouidit Iason in rubri. ff. de legatis primo. quòd audiuit solennes doctores dicentes illam gloss. non probare quoniam nihil aliud dicit nisi hæc verba, & quia multa ibi inseruit, ideo posuit hic librum, certè dicit Iason, & recentes ibi ista verba non sonant quòd in principio librorum, non sit necessaria continuatio. \* Ozerius t quod videns Decius in rubrica. C. qui admitti intelligebat dicta gloss. quando principium illius libri esset positum in principio aliquorum tractatum seu partium principalium, ex quibus totum ius diuisum fuit, nam in septem partes fuit diuisum, vt dicta lege secunda §. sed cum omnia de veteri iur. enuc. Præterea hæc intelligentia Decij suadet, non continuatio alicuius rei, vel actus ad alium vt possit fieri, opus est, quòd nihil penitus extraneum in medio sit. lege hæredes palam §. finali. cū vulgaribus. ff. de testamento. Sed isti septimi tractatus sunt inter se diversi, quia alia est materia primi, alia secundi, vt patet in dicta lege secunda, de veteri iuris enuc. Cum igitur primus titulus libri, sit difformis à libro præcedenti, non poterit continuari, sed certè hæc Decij intelligentia non est vera, quia esset contra legem secundam de statu hominum vbi generaliter textus terminat fieri cõtinuationes, non facta differentia an simus in principio libri, necne, item est contra textum in lege secunda, §. quartas vbi imperator continuat titulum de pignoribus qui est principio libri, & quarti tractatus, ad titulum de pignoration. actio. qui est in tertio tractatu, Item supra de rerum diuisione in principio vbi principium secundi tractatus, continuatur ad primum tractatum